

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Prosperitas ah  
cum fonte primo

Omnia  
que superfluunt nocent, segetem  
nimia sternit ubertas, rami onere  
franguntur, ad maturitatem non  
peruenit nimia fecunditas.  
Idem quoque animis euenit quos  
inmoderata prosperitas rumpit, qua non  
tantum in aliorum iniuriam sed etiam in  
suam utuntur.

Seneca XXVIII. epistola ad Lucillum.

Magni animi est magna contemnere ac  
mediocria malle quam nimia; illa enim  
utilia vitaliaque sunt, at haec eo  
quod superfluunt nocent. Sic segetem  
nimia sternit ubertas, sic rami onere  
franguntur, sic ad maturitatem non  
pervenit nimia fecunditas.  
Idem animis quoque evenit quos  
immoderata felicitas rumpit, qua non  
tantum in aliorum iniuriam sed etiam in  
suam utuntur.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium  
epistulae morales*, 39, 4 (L. Reynolds  
ed., vol.1, p.103, ll.19-25).